



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ut nulla passioe vincatur · et hoc ideo quia, **V**oce cordis mei ad dominum
clamaui et exaudiuit me de sublimitate iusticie sue · iustum enim erat ut
innocentem occisum et cui retributa sunt mala pro bonis resuscitaret
a mortuis et donaret in celis omnium creatarum principatum · exaudiuit
me autem dominus in hoc opere. **E**go dormiui sponte non coactus · et somnum
cepi in morte voluntate mea · et soporatus sum securus in mente quie-
scens · nullam habeo conscientiam peccati · et resurrexi diuitatis virtute
que natam in qua passus sum susceperebat in unitate persone · et quia
dominus suscepit me protectione sua, **N**on timebo milia populi circumdan-
tis me pendente in cruce · et ideo exurge domine ostende potentiam tuam · et
saluum me fac · non solum faciendo me resurgere a morte · sed etiam ini-
micos meos exterminando · et sic factum est, **Q**uomodo tu percussisti per titum
et vespasianum omnes iudeos aduersantes michi sine causa · et male-
dicta verba eorum quibus dilacerabat me · et membra mea in irritu pro-
duxisti · hinc patet quoniam solius dominus est salus · et ideo o domine sit bene-
dictio tua super populum tuum de te salutem sperantes. **P**salmus quartus
in quo exhortatur vir iustus ad bonam operationem. **V**ox ecclesie in tribulacione

Quem inuocare deum in auxilium meum exaudiuit · vel posite
secundum aliam literam · exaudiisti me deus iusticie mee auctor et re-
munerator qui in tribulacione ab angustiis tristicie in latitudinem
gaudio eduxisti me. **M**iserere mei contra miseras huius vite tam pene
quam culpe · et exaudi orationem meam · ut in me cepta perficiantur · vox pro-
phete increpati iudeos et paganos et omnes in peccatis perseverantes ·
Filius hominis qui sum hominem vivitus non secundum deum · usquequo aggredi-
uatum et depresso infidelitate et pondere iniquitatis cor habetis · ut
quid diligitis vanitatem qua peritis colendo prodola · quod sunt vana in qui-
bus non est veritas · quoniam veri dicitur non sunt · ut quid tamen ardenti deside-
rio queritis terrena quod mendacia sunt decipiunt amatores suos · quod non
faciunt quod promittunt scilicet felices · vos iudei et pagani ceteri pecca-
tores nolite in infidelitate detineri · et vana huius seculi sequitur · sed conuer-
timini ad christum · **S**cietes quoniam deus dominus per christum suum sanctissimorum
mirabilem et gloriosum ostendit · tercia die resuscitando a mortuis
et ad dexteram suam collocando · per quem deus per exaudiuit me cum bonis
operibus sue diuinitati supplicauero · nolite dico querere mendacium ·
sed irascimini vobis metiphys ut horreatis quod fecistis · et ulterius